

salis concursus Dei libertati non repugnat: quia illo Deus non mouet immediatè voluntatem, sicut nec reliquas causas, illis aliquid praeuium imprimens: sed immediatè simul cum voluntate suo generali concursu producit actus illius. Hoc autem solo concursu Dei, sine alio speciali auxilio poterat homo in statu naturae integrae, ratione iustitiae originalis, totam implere naturae legem: in statu verò naturae lapsae et in pura natura quoduis bonum opus naturale morale, etiam actum fidei, et spei naturalis circa obiecta supernaturalia, non collectiuè per longum tempus, sed diuisiuè potest efficere.

## SECUNDA CONCLUSIO

In actibus supernaturalibus non solùm pendet liberum arbitrium ab vniuersali Dei concursu, sed etiam ab eius gratia: vt enim infidelis ad fidem, et peccator ad iustitiam conuertatur, omnino indiget supernaturali auxilio gratiae praeuenientis (quam omnibus etiam obduratis Deus gratuito contere paratus est): sufficienti quidem, vt eo liberum arbitrium excitatum, et per eiusdem gratiae tanquam efficientis causae cooperationem adiutum, bonum supernaturale possit efficere; non tamen adeo efficaci, vt non possit eidem resistere. Quo fit, vt è duobus infidelibus, seu peccatoribus, eisdem omnino auxiliis praeuenientis gratiae vocatis, alter saepè conuertatur, manente alio in sua infidelitate, vel peccato: ita tamen vt illius conuersio, licèt in suo ordine libero arbitrio tribuenda sit, principaliter tamen virtuti gratiae praeuenientis iam tunc in conuersione cooperantis adscribi debeat: resistentia autem huius in propriam voluntatem referenda est. Post conuersionem (qua peccator disponitur ad supernaturales habitus, qui à solo Deo fiunt et augentur physice) eisdem liberum arbitrium eleuatum, sine alia praeueniente gratia, alioque speciali auxilio, solo generali concursu, quodlibet opus bonum supernaturale exequi potest: non tamen integram supernaturalium praeceptorum collectionem per longum tempus implere, nisi ad id specialibus auxiliis à Deo adiuuetur.

## TERTIA CONCLUSIO

*Praescientia* actuum liberorum voluntatis creatae (quam in Deo aeternam confitemur) imo et diuinae voluntatis efficacia libertatem actuum praescitorum, et volitorum non tollit. Etenim Deus non solùm scientia simplicis intelligentiae cognoscit, quid possit liberum arbitrium efficere: ac scientia visionis sequente determinationem diuinae voluntatis videt, quid in tempore facturum est (quod totum est praesens aeternitati): sed etiam scientia quadam media, ante omnem actum liberum suae voluntatis, comprehendit quid liberum arbitrium creatum faceret, si Deus in hoc, vel illo ordine rerum cum his, vel illis circumstantiis illud collocaret. Voluntas autem Dei, licet per actum in ea formaliter existentem velit omnes homines saluos fieri, si per ipsos non steterit (cuius voluntatis effectus sunt auxilia sufficientia): cum tamen haec voluntas conditionalis sit, non semper adimpletur, repugnantibus hominibus pro sua libertate praeuenienti

gratiae Dei, et sufficienti auxilio. Quorum repugnantiam, et peccata, licèt Deus absoluta voluntate permittere voluerit, et ad actus peccatorum concursu vniuersali concurrere: non tamen vult absoluta voluntate, vt actus peccatorum sint: quidquid autem Deus vult absoluta et efficaci voluntate, infallibiliter impletur.

## QUARTA CONCLUSIO

*Providentia* Dei (quae conceptio est ordinis rerum in suos fines in mente diuina existens cum proposito eam per se, vel interuentu causarum secundarum executioni mandandi, praecipuè in actu intellectus practici consistens, adiuncto actu voluntatis: et executioni mandatur per creationem, et gubernationem rerum creatarum, hoc est, per earumdem rerum iam creatarum directionem in suos fines), eo potissimum nihil voluntatis libertati repugnat, quòd non sit de eius ratione, vt res creatae eum finem assequantur, ad quem ordinantur diuina prouidentia (etsi omnia illi subiecta sint, nec respectu illius aliquid fortuitum dici possit) nec etiam ad eiusdem prouidentiae perfectionem pertineat, vt omnia quae fiunt (peccata scilicet) prouisa sint à Deo, vt ita fiant. Eo enim solum peccata cadunt sub diuina prouidentia, quod ab ea permessa sint, et facta iuste puniantur, et maiorum bonorum occasiones sint eidem prouidentiae: reliqui tamen effectus boni specialiter cadunt sub diuina prouidentia prouidente de illis, vt sint. Prouidet autem Deus omnibus rebus immediatè, et suam prouidentiam exequitur interuentu etiam causarum secundarum.

## QUINTA CONCLUSIO

*Praedestinatio* (quae est ratio ordinis, seu mediorum in Deo, quibus praeuidet, creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam cum proposito eundem ordinem exequendi) infallibilis est: nihil tamen derogat praedestinatorum libertati, eo quod certitudo eius non est ex efficacia mediorum ad predeterminandum liberum arbitrium praedestinati, sed ex supereminenti scientia Dei: cuius causa quoad integrum eius effectum, nulla datur ex parte praedestinati, sed eius sola causa est voluntas Dei misericorditer praedestinantis: quamuis aliquorum praedestinationis effectum etiam ex parte praedestinati aliqua causa assignanda sit. Reprobatio (quae approbationi, et non praedestinationi immediatè opponitur, et est iudicium, quo creatura rationalis à Deo indigna iudicatur vita aeterna cum proposito eam excludendi à caelesti regno, et aeternis cruciatibus puniendi) praeuisionem supponit vltimi peccati lethalis, et in illud tanquam in causam est referenda: ideoque nihil prorsus reprobi libertati derogat.

## SEXTA CONCLUSIO

Ex dictis non solùm rerum contingentiam, et libertatem integram manere constat, non repugnante ordine naturalis et supernaturalis prouidentiae Dei: sed etiam facilè totius contingentiae radix colligi-

tur. Etenim rerum omnium, quae à solo Deo pendent in fieri et conseruari, contingentiae radix est diuina voluntas; licet non causa contingens, sed libera appellanda sit: effectuum autem causarum secundarum ad ordinem naturae spectantium posita rerum constitutione, quae nunc est, contingentiae prima radix remota est voluntas Dei, proxima verò, et immediata est liberum arbitrium. Quòd si ipsum secludas, Deumque nihil agere constituas supra communem cursum, ordinemve rebus inditum, tollitur omnis contingentia ab effectibus secundarum causarum, omnia que necessario euenient. Effectuum vero ad ordinem gratiae spectantium contingentia partim in Dei voluntatem, partim in liberum Angelorum hominumque arbitrium, tanquam in radicem proximam, reducenda est.

HAS EX LIBRO DE CONCORDIA LIBERI ARBITRII CVM GRATIAE DONIS, ETC.

P. D. Ludouici Molina conclusiones excerptimus, quas cum reliquis eiusdem libri sententiis, breuitatis causa omissis, vniuersaliter tanquam probabiles opiniones, nec licere eas aliqua indigna censura notare defendemus: ut pote quae praeter sua satis probabilia fundamenta, non solum plurium sapientissimorum virorum multorumque saecularium senatum sed etiam sacri, et supremi sanctae Inquisitionis Lusitaniae, nonnullis etiam contradicentibus, duplicem approbationem obtinuerunt. Nonnullas vero earum, quae in dubium ab aliquibus vocantur, non solum omnino veras, et Sacrae Scripturae, ac Sanctorum Patrum dogmatibus consentaneas; verum etiam Ecclesiae vniuersalis auctoritate definitas, et valde necessarias ad Catholicam fidem mediam inter Pelagii, et Caluini errores explicandam, et ab haereticorum nostri temporis calumniis vindicandam iudicamus.

AD QUAESTIONEM RESPONDET SECUNDA CONCLUSIO

Defenduntur in Collegio Vallisoletano D. Ambrosii Societatis Iesv, feria (1) per totam.

3.—Tesis defendidas en Valladolid por los dominicos  
el 17 de Mayo de 1594.

Bibl. Vitt. Emanuele, *Mss. gesuitici*, 678.

«Quaestio theologica. Vtrum accidat, ut e duobus hominibus audientibus Evangelium cum aequali omnino auxilio ex parte Dei, pro sola libertate arbitrii, unus convertatur ad fidem, et alius non convertatur.

(1) Falta el número, quizá porque al imprimirse las tesis no estaba determinado aún el día en que se había de celebrar el acto. Advertimos también que en el margen del ejemplar impreso están anotados los pasajes del P. Molina, de donde se han tomado las principales aserciones.

1.<sup>a</sup> Conclusio. Fides catholica docet, in Deo esse scientiam, qua seipsum et universa simul comprehendit; atque adeo singula etiam in particulari propria cognitione intelligat. Eadem fide constat, quod Dei scientia vere et proprie sit rerum causa, voluntate tamen adjuncta: unde falsa est et improbabilis propositio ista, ut jacet, *non quia Deus scivit me cooperaturum, ego sum cooperaturus, sed quoniam ego sum cooperaturus, Deus scit*, si sensu proprio causalitatem significante accipiatur. Cognoscit Deus certa et infallibili cognitione futura omnia contingentia, neque solum illa cognoscit, prout sunt in causis, sed etiam prout unumquodque eorum in seipso existit: ratio vero sub qua cognoscuntur, non est existentia in seipsis sed quia sunt praesentia Deo in aeternitate. Contingentia etiam conditionata, quae numquam erunt, neque eorum conditio ponetur in re, etiam infallibili cognitioni subduntur. Quae tamen cognitio nullam prorsus necessitatem ponit in rebus; sed unaquaeque producitur secundum propriam naturam; quae necessaria est, producitur necessario, et quae contingens, producitur contingenter. Sicut enim scientia Dei est causa rerum, ita est causa, ut suo proprio modo producantur, contingentes, scilicet, contingenter et liberae, libere.

2.<sup>a</sup> In Deo sicut et intellectus, ponenda est secundum fidem voluntas, qua semetipsum ut finem, alia vero a se, ut media, non tamen necessaria diligit. Quae dilectio non dicit novam perfectionem ex tempore in ipso existentem, sed antiquam ab aeternoque illi convenientem. Cujus voluntatis actus duplex in ipso constituitur ex parte rerum quas vult, et uterque formaliter antecedens, quo vult omnes homines salvos fieri, et ad sui agnitionem venire, si per ipsos non steterit, cujus effectus sunt auxilia sufficientia, et ista voluntas non semper adimpletur, repugnantibus hominibus pro sua libertate, praeventi gratiae Dei et sufficienti auxilio. Consequens divinae voluntatis actus [est], quo de facto, quidquid absoluta et efficaci voluntate vult, semper et infallibiliter adimpletur. Cujus actus effectus sunt auxilia efficacia, in ipsis hominibus recepta et illorum operationibus proportionata. Vnde plus quam falsum est asserere, quod auxilium ad opera supernaturalia sit ejusdem rationis cum illo, quod ad naturalia opera confertur. Quae consequens voluntas, licet nihil velit fieri a libero arbitrio, nisi libere illo concurrente et libere volente, ipseque velit ut nos velimus, et facit ut faciamus, nullo modo est asserendum, quod aliqua ratione Deus expectet nostrum liberum arbitrium, et quod ipsum operetur, quin prius natura a Deo moveatur, et illius influxum recipiat; quod etiam naturali philosophiae repugnat.

3.<sup>a</sup> Providentia Dei (quae conceptio est et ratio ordinis rerum in suos fines in mente divina existens) secundum fidem est asserenda, quae pro actu intellectus practici, directe supponit, adjuncto tamen actu voluntatis; executionique mandatur per creationem et gubernationem rerum creatarum, hoc est, per earundem rerum creatarum directionem in suos fines, quae in abstractione considerata, finis assecutionem non includit, bene tamen ut divina, de qua non verificatur, quod sit incerta sicuti de nostra. Et cum omnia quae a Deo sunt, ordinata sint, ejus providentia tantum se extendit quantum causalitas, ita ut omnia entia, non solum quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad individualia corruptibilium et incorruptibilium, tam in communi quam in particulari, divinae providentiae

subdantur. Quare haereticum est asserere, quod Deus non habeat providentiam de aliqua re in singulari, et nullo modo dici potest, quod effectus fortuitos et mala poenae non providerit positive volendo. Peccata vero eo solum cadunt sub divina providentia, quod ab ea permissa sunt, et semel facta juste puniantur, et majorum bonorum occasiones sint eidem providentiae. Providet autem Deus omnibus rebus immediate, et suam providentiam exequitur interventu etiam causarum secundarum.

4.<sup>a</sup> Divinae praedestinationis mysterium (quod a D. Paulo incomprehensibile appellatur) consistit in hoc, ut sit ratio transmissionis creaturae rationalis in vitam aeternam in mente divina existens; et licet in sacris litteris aliquando dilectio et electio, aliquando vero praescientia nominetur, supponit tamen in recto pro imperio divini intellectus, statuentis efficaciter per certa et determinata media alicui beatitudinem conferre, cum ordine tamen ad divinam voluntatem. Quae media illa dicuntur, quae a D. Paulo annumerantur, vocatio, justificatio et glorificatio, inter quae etiam licet aliquo modo annumerari possint bona ipsa temporalia tam naturae, quam fortunae, quae Deus confert praedestinatibus, imo et permissio, qua permittuntur quandoque tam reprobi quam electi in peccata incidere, sit effectus praedestinationis electorum, nullo tamen modo ipsa peccata. Estque pars divinae providentiae, nihil reale ponens in praedestinatibus, quod simul cum ipsa praedestinatione coexistat; licet ponat aliquid tempore statuto et determinato secundum ipsius praedestinationis ordinem. Ejusque certitudo et infallibilitas desumitur potissime ex decreto divino et ordinatione, qua Deus non solum ordinavit omnes electos ad obtinendam beatitudinem, verum etiam praedeffinivit et praedeterminavit efficaciter omnia media et singulos actus, quibus erant illa consequuturi. Cujus praedestinationis, quoad integrum effectum, nulla datur causa ex parte praedestinati, sed ejus sola causa est voluntas Dei misericorditer praedestinantis. Vnde defendi non potest, quod bonus usus liberi arbitrii sit causa rei, quae est integer effectus praedestinationis, sicuti neque etiam, quod ostensio justitiae et gloriae Dei, neque sit causa totalis, neque sufficiens neque praecipua permissionis peccati in reprobis.

5.<sup>a</sup> Fides est, esse in nobis et in angelis vere et proprie liberum arbitrium; cujus ratio in hoc consistit, quod positus omnibus requisitis ad operandum, possit operari et non operari, operari unum et operari alterum; unde haeresis manifesta est illud negare, vel etiam dicere, quod sit res de solo titulo. Fides est etiam, quemlibet hominem, secundum legem Dei ordinariam, dum est in praesenti vita posse salvari. Multi sunt nihilominus qui nullum de facto supernaturale susceperunt auxilium, atque adeo propter peccata contra solam legem naturae facta damnantur. Quando vero alicui sufficienter Evangelium proponitur, recipit aliquam internam motionem, quae sufficiens est auxilium ad credendum, non tamen credit de facto, quoad usque suscipiat auxilium efficax, quo suscepto, licet libere, simul tamen tempore et posterius natura credit; sicut accepto auxilio ad diligendum vel poenitendum, simul tempore et posterius natura homo poenitet et diligit. Licet enim hoc auxilium voluntatem praedeterminet, movet tamen illam suaviter, juxta suam propriam naturam, atque adeo non solum facit quod moveatur, sed etiam quod libere moveatur, et in hoc consistit divini auxilii efficacia. Vnde im-

probabilissime loquuntur, qui affirmant, quod ponentes hoc auxilium esse efficax secundum se et ex parte Dei, faciant liberum arbitrium de solo titulo. Stultum est enim in naturalibus asserere, quod aliqua causa naturalis se moveat vel operetur, quin prius natura, ab ipsa prima causa moveatur; ita ut etiam materiale peccati secundum quod entitas realis est, ab ipso Deo producat, et ad hoc voluntas ab illo praedeterminetur, non tamen ut materiale peccati est: quare error est dicere, quod Deus eodem modo concurrat ad actum malum sicuti ad actum bonum.

6.<sup>a</sup> Licet ille qui non convertitur recipiat aliquando plura auxilia non solum externa, sed etiam interna sufficientia, quam suscipiat ille qui convertitur ante instans suae conversionis, in ipso tamen conversionis instanti, suscipit iste auxilium efficax, quod majus est et multum excedens universa auxilia sufficientia ad eundem effectum, atque adeo simpliciter est asserendum, quod semper ille qui convertitur recipit majus auxilium, quam ille qui non convertitur. Vnde asserere simpliciter quod cum eodem auxilio omnino aequali ex parte Dei, pro sola libera voluntate, unus convertatur et alius non convertatur, est adeo falsum et improbabile, quod defendi non potest, sicuti neque etiam asserere, quod cum minori auxilio unus habeat intensiorem actum charitatis, quam alius cum majori, pro solo conatus liberae voluntatis. Asserere autem quod cum auxilio cum quo unus non solum non salvatur, verum etiam neque justificatur, alius et justificatur et salvatur, multo minus defendi potest. Recipit enim iste donum perseverantiae, quod speciale quoddam includit auxilium receptum ab his tantum qui salvantur. Et dicere quod auxilium efficax proprie auxilium non sit, est propriam vocem ignorare.

Defendetur in collegio Vallisoletano D. Gregorii O. P. Feria tertia per totam.

#### 4.—El Cardenal Aldobrandini al Nuncio de España.

Roma, 28 de Junio 1594.

Archivo Secreto del Vaticano. *Nunziatura di Spagna*, t. 320, fol. 139.

Molto Illmo. et Rmo. Monsignore come fratello. In quella differenza della gratia sufficiente et efficace suscitata fra li Padri Domenicani et Gesuiti scrissi ultimamente a V. S. quel che ella haverá veduto per le mie lettere delli 7 del presente (1). Adesso N. S.<sup>re</sup> mi ha ordinato di significarli, che essendo questa causa di fede, et non di poca importanza, la cui determinatione spetta alla Santa Sede, ne altri puo ne deve ingerirsene, vuole que lei facci sapere all Ill.<sup>mo</sup> Sig.<sup>e</sup> Cardinale di Toledo, che non passi piu oltre in essa, se per caso gli ne fusse fatta istanza, ma lasci che la Sanctità Sua la determini come ha risoluto di fare. Per il qual efetto ordina anco S. Beatitudine, che V. S. chiami a se li superiori delli Ordini sopradetti, et si facci dar da loro tutte le ragioni et motivi che pretendono

(1) Dos cartas hay del Nuncio con esta fecha. Ambas son breves y se hallan en este mismo tomo de la *Nunziatura di Spagna*, al folio 131. En la primera dice vagamente que el Papa ha sentido el desorden suscitado entre dominicos y jesuitas por la maledicencia de aquellos dos frailes. No los nombra. En la segunda habla de Avenaño, encargando al Nuncio el reprimirle enérgicamente.

ciascheduno per la sua parte, et che si fermi in scritto lo stato della controversia, et lei mandi qua ogni cosa, acciò se ne possa far il iuditio che conviene, et mentre che si attende a questo, acciò non segua maggior disordine et scandalo, V. S. d' ordine expreso della Sanctità Sua et sotto gravissime pene comandará alli sudetti Superiori, che prohibiscano alli loro religiosi di cessare da ogni sorte di contentione in questa materia in publico et in privato, per conclusione o in qualsivoglia altro modo, sin tanto che sará deffinita dalla Sede Apostolica, et se alcuno disobbedirá, lo puniscano severissimamente, aspettando anco se N. S.<sup>re</sup> vorrá darli qualche altro maggior castigo, secondo la qualità del fallo. Non havendo da dir alto in questo proposito, fo fine con raccomandarmi et offerirmi a V. S. di tutto cuore. Di Roma 28 giugno 1594.»

### 5.—El Cardenal Santa Severina al Nuncio de España.

Roma, 26 de Febrero 1598.  
Archivo de Simancas. *Estado*, 361 [antiguo 971].

Molto Illustre et Reverendissimo Monsignore, come fratello.  
Essendosi gia V. S.<sup>ia</sup> informata delle differenze nate tra i teologi dell' Ordine dei Frati Predicatori et i teologi della Compagnia dei Gesuiti di cotesto regno, circa la materia de Auxiliis divinae gratiae et eorum efficacia, sopra la dottrina di S. Thomaso, et anco della proibitione che la Sanctità di Nostro Signore ordinó che si facesse, come fu fatta fare da cotesta Inquisitione generale all' una et all' altra parte, che non ne tratassero sino a nuova deliberatione della Sanctità Sua. Hora saperá, come per la grande istanza che se ne fá appresso Sua Beatitudine per la moderatione della sudetta proibitione, come che non si possa far di manco, che nelle cathedre non si tratti spesso di tal materia, la Sanctità Sua s' e contentata di moderarla sino ad altro suo ordine o dichiaratione, et a questo effeto ha ordinato, che io scriva a V. S.<sup>ia</sup> come fo per la presente, che ella faccia intendere ai detti Padri dell' Ordine de' Predicatori, che Sua Sanctità moderando la proibitione fatta, concede loro facultá che possino liberamente circa la materia de Auxiliis divinae gratiae et eorum efficacia conforme alla dottrina di S. Thomaso leggere e disputare, come hanno fatto per il passato, e similmente ai Padri della detta Compagnia, che possino ancor essi leggere e disputare della medesima materia, insegnando però sempre sana e catholica dottrina, e con questo, che l' una e l' altra parte ne trattino solamente nelle scuole e dispute, e non nelle prediche e pulpiti, e che abstineant a contentionibus, novitatibus et qualificationibus vel censura et nota alterius opinionis, e si contengano religiosamente dentro i termini della debita modestia, come credo che ambe le parti ne saranno avvisate di qua da loro superiori, acciò sappino come procedere e governarsi sopra di ciò. E se bisognerà, che questo officio si faccia dalla detta Inquisitione generale, V. S.<sup>ia</sup> potrà far intendere questa medesima resolutione e mente di Sua Beatitudine a Monsignor Vescovo di Córdoba, maggiore Inquisitore. E non essendo la presente per altro saluto V. S.<sup>ia</sup> di cuore con pregarla dal Signore ogni contento. Di Roma a 26 Febbraio 1598. Di V. S.<sup>ia</sup> Ill.<sup>ma</sup> et R.<sup>ma</sup>, come fratello per servirla. Il Cardinale di Santa Severina.

## ÍNDICE ONOMÁSTICO

- ABAD de Valladolid. 195.  
ABREU, Gonzalo de. 646, 649, 658 y 665.  
ACEVEDO, Pedro González de. 239.  
ACOSTA, Bernardino de, S. J. 425.  
ACOSTA, Diego de, S. J. 2, 738, 740 y 746.  
ACOSTA, José de, S. J. 54, 104, 105, 203, 458, 508-517 y 741.  
ACOSTA, Miguel de, S. J. 630.  
ACUÑA, Pedro de. 791.  
ADORNO, Francisco, S. J. 2.  
ÁGUILA, Juan del, S. J. 619.  
AGUILERA, Hernando de, S. J. 670, 671 673-675.  
AGUSTÍN, Juan, S. J. 441.  
ÁLAMO, Gonzalo del, S. J. 767.  
ALARCÓN, García de, S. J. 12, 206, 208, 210, 211, 738, 742 y 743.  
ALARCÓN, Miguel de, S. J. 630.  
ALBA Andrés de. 460.  
ALBA, Francisco de. 586.  
ALBA, Juan de, S. J. 573.  
ALBERTO, Archiduque. 154-161 166, 168, 177, 258, 263.  
ALCALÁ, Universidad de. 142-146, 166, 228, 235, 255, 309, 320, 322.  
ALDERETE, Diego. O. P. 231.  
ALDOBRANDINI, Cardenal. 199, 248, 270, 318 y 330.  
ALEJANDRINO, Cardenal. 246, 249, 250 y 304.  
ALFARO, Francisco. 647 654 y 656-667.  
ALFONSO, Álvaro, S. J. 630.  
ALFONSO, Paulo. 154.  
ALMAZÁN, Nicolás, S. J. 319 y 322.  
ALMEIDA, Domingo de. 515.  
ALMÉRQUE, Francisco, S. J. 471, 480 y 486.  
ALMONACID, Jerónimo, O. P. 231.  
ALONSO, Bartolomé, S. J. 458.  
ALONSO, Juan, Doctor. 180.  
ALTAMIRANO, Diego. 422.  
ALVARADO, Gaspar. 592.  
ALVARADO, Iñigo de, S. J. 630.  
ALVARADO, Pedro de, S. J. 109 y 110.  
ÁLVAREZ, Baltasar, S. J. 87.  
ÁLVAREZ, Diego, O. P. 183, 230, 245-249, 265, 295, 296, 334 y 336-339.  
ÁLVAREZ, Diego, S. J. 234.  
ÁLVAREZ, Gabriel, S. J. 93 y 789.  
ÁLVAREZ DE PAZ, Diego, S. J. 80, 88, 89, 545, 546, 563, 694, 710 y 750.  
ALZOLA, Domingo de. 392.  
ANDIÓN, Jerónimo de, S. J. 522.  
ANGANAMÚN, 719.  
ÁNGEL, Cristóbal, S. J. 422.  
ANGULO, Francisco de, S. J. 606-608, 615, 616, 619, 620 y 647.  
ANTOLÍNEZ, Maestro. 223.  
ANTONIO, Francisco, S. J. 233.  
ANTONIO, Juan, S. J. 592.  
ANTONIO, Marco, S. J. 765.  
ANTONIO, Pedro, S. J. 233.  
AÑASCO, Pedro de, S. J. 616-619, 620, 624, 626 y 628.  
APARICIO, Martín, S. J. 765.  
AQUAVIVA, Claudio, S. J. *Emprende la obra del Ratio studiorum*, 2. Designa una Comisión de seis Padres para componerlo, 3.—Envía á las provincias la obra de estos Padres, para que la examinen, 6.—Compone el *Ratio* de 1591, 10.—Redacta el *Ratio* definitivo, 13.—Trabaja en la parte especulativa del *Ratio*, 18.—Presenta á la Congregación del Santo Oficio un Catálogo de opiniones, 26.—Lo envía á las provincias